litteratissimo, ita certe optimo, et utrique nostrum amantissimo.
Cum enim hoc tempore in cursu perficiendi quosdam in eandem rem
commentariolos, quos iam dudum a me inceptos novissime
repeto, quo labor numquam intermissus est, nisi, ut interdum, ita
etiam in litteris et artibus quedam immoderata cupiditas ami-
corum qui apud me proficiebant tulisset. Cum enim forte vix
illis officiorum commentariolis inceptis [?] assumpsissem in manus
epistolarum Senece in primum exponendas compulsus sum voluntate
amicorum intermittere, quas statim dixi officiorum expositionibus et
easdem epistolas commentari. Tenuit me opus illud fere ad
huc usque diem occupatum, quare ut cumque perfecta converti me
ad priora exercitia. Hec est prima optima ratione mee intermissionis. Hec
autem res maxime fecit me huius tui libri avidum, quod excellenti
industria mea suppleri quicquid tempori detractum esset. Sed non
vidi qua ratione ea res melius a me perfici posset, quam si
recognoscerem, que a veteribus relicta sunt. Fortunatum itaque ar-
bitror me esse, quod te nactus sum, quem scio tua virtute
omnia mea habere communia, et maxime quecumque ad studia utriusque pertinent [?].
Dabis ergo quicquid id sit, aut veterum opus, aut moder-
norum Antonio nostro qui cito illud ad me mittet. Facies quod
rem omnem mihi gratissimam et per necessariam fecisse, pro qua
ego ipse ad te venturus eram, nisi et ibi Antonium habuissem,
et talem amicum tuum, qualem in me iam diu fuisse tibalez.
scilicet et amatorem mei. Quare cum satis pro me orare litteras
meas confidam, facile ab hoc itinere abstinui. Vale et siquid
apud me est, quod usui tuo sit, pro tuo iure quotiens vis utere.

Gasparinus Pergamensis Damiano:—

8 DAMIANUS noster hodie mihi reddidit litteras tuas.
mitto pecunias ~~tuas~~ quas ille noster, ut tu appellare soles, Tirsias vult sibi numerari pro illis veteribus
commentariolis suis, quos certe neglexissem, nisi, ut scis, ad-
mirator antiquitatis essem. Tanto enim studio veterum perductus
fui, ut non tantum laudem, que ab illis benedicta sunt, sed etiam si
aliquando illos de recta via deviare contigerit, errores eorum
modeste feram, nec solis hos eis attribuo, quibus meo iudicio

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1592/0095
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG